

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

MATTHÆI PARISIENSIS
CHRONICA MAJORA.

Quomodo dominus rex fuit Wintoniæ. A.D. 1248.

Anno Domini MCCXLVIII, qui est annus regni f. 217. domini regis H[enrici] tertii tricesimus secundus, fuit idem rex ad Natale Domini Wintoniæ, ubi dies Natalis litios comitantibus multis magnatibus celebravit. In crastino autem, videlicet die Sancti Stephani, prandebat cum episcopo ipsius civitatis W[illelmo].

Comes Legrecestriæ et multi alii nobiles cruce signantur.

Eodemque tempore, comes Legrecestriæ S[imon] de Montfort crucis signatus est, ut peccatis absolutus ad cælos avolaret. Aliquando enim ad cor reversus, de matrimonio contracto inter ipsum et uxorem suam, quæ in præsentia Sancti Ædmundi Cantuariensis archiepiscopi castitatem antea voverat, vehementer forsitan formidavit. Comitissa autem, eodem, ut creditur, tacta spiritu, postquam vidi virum signari cruce, ad ipsam accipiedam ociosus avolavit. Milites quoque et multi alii de familia eorum, pro præmio æternæ retributionis, crucis signum suscepérunt; et præter eos multi nobiles, proponentes iter arripere Many prepare to join Jerosolitanum cum Christianissimo rege Francorum, St. Louis's quem miraculose a portis mortis, vel potius ab ipsa crusade. morte, Dominus dignatus est feliciter revocare; quod

H 423. Wt. 4731.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

2

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1248. non frustra fieri credebatur; dicebatur namque quasi pronostico, vel spiritu propheticō passim pro certo asserebatur, quod Dominus, ut hæreditatem suam de manibus inimicorum crucis potenter eriperet, eundem regem revivificavit.

Episcopus de Bangor venit ad Sanctum Albanum ut ibi moraretur.

Richard,
bishop of
Bangor, at
St.Alban's.
His po-
verty.

Eodemque tempore venit ad Sanctum Albanum dominus episcopus de Bangor Ricardus, ut eidem depau- perato sinus patere[t] misericordiæ; et ibidem cum domino abbe, donec episcopatus ejus, qui per guerram destructus erat, aliquantulum restauraretur, [habitaret]; et ipse cum clericis suis a pressuris quæ circum- dederant eos, sicut quondam Hertfensis¹ episcopus qui et ibidem per circiter viginti annos commorans honorifice sustentabatur, respiraret.

Ricardus Suard infirmatus est ad mortem.

Last illness
of Richard
Seward.

Ipsius quoque diebus, Ricardus Suard,² miles eximius de quo multa in hoc libello præscribuntur, morbo paralitico irremediabiliter sauciatus, lecto desperationis decubuit; ut beneficio Dei per protractæ mortis dispensia a peccatis pristinis purgatus, ad vitam inde- ficientem expeditius avolaret.

Venit in Angliam Beatrix relecta comitis Provinciæ.

Beatrice,
widow of
Raymond
Berenger,
comes to
England.

Annoque sub eodem, Beatrix relecta Reimundi quon- dam comitis Provinciæ, concomitante Thoma de Sabau- dia, quandoque comite Flandriæ, venit in Angliam, quasi amicos et consanguineos suos visitatura; sed ut

¹ i.e. John, bishop of Ardfert. See above, vol. iii., 243, 394; vol. iv., 324, 501, 502. C. has *Here-*

² His shield, inverted, is in the margin. [Sable, a cross fleury ar- gent between four plates.]

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

3

verius causa scire volentibus explicetur, ut eadem A.D. 1248.
 comitissa et Thomas memoratus ad notum fontem
 recurrerent sitientes, et ex domini regis abundantia et
 prodigalitate hiantes clittellas suas et vacuatas reple-
 rent in recessu.

Obiit Rogerus¹ episcopus Bathoniæ.

Tempore quoque sub eodem, videlicet circa festum Death of
 Sancti Hylarii, episcopo Bathoniensi Roger² viam Roger,
 universæ carnis ingresso, dominus rex secundum con. Bath.
 bishop of
 suetudinem suam avidas manus bonis episcopatus in-
 jecit, ut quicquid abradere posset festinanter aspor-
 taret.

Rex Francorum resumit crucem.

Et diebus sub eisdem, dominus rex Francorum, qui, Attempt of
 ut notorium fuit, cruce signabatur, a suis magnatibus queen
 et specialibus correptus est et graviter redargutus et Blanche
 fere circumventus, eo quod votum suum per consilium and the
 et admonitionem suorum optimatum quomodolibet bishop of
 noluit redimere vel commutare. Inter quos mater ejus Paris to
 Blanchia et episcopus Parisiensis,³ scientes ejusdem induce
 regis imbecillitatem, instabant protervius et sermocina- Louis IX.
 bantur diligentius, dicente episcopo, " Domine mi rex, to give up
 " recordare quoniam [cum] crucem accepisti, tam arduum his cru-
 " votum faciendo inconsulte et subito, infirmus fuisti, saude.
 " et ut verum fateamur, mentis alienæ; rapta quoque
 " ad cerebrum materia, compos tui non fuisti, unde
 " verba tunc prolata pondere caruerunt veritatis et
 " cuiuslibet auctoritatis. Benigne dispensabit nobiscum
 " dominus Papa, sciens regni necessitatem et corporis
 " tui debilitatem. Ecce hinc Fretherici jam scismati[ci]
 " robur formidandum; inde insidiæ nummosi regis An-

¹ *Rogerus*] Robertus, B.

and pastoral staff, inverted, are drawn in the margin.

² *Rogero*] Roberto, B. A mitre

³ William of Auvergne.

A 2

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

4

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1248. “ glorum.¹ Ecce hinc Pictavensium proditiosa, quamvis
 “ nuper edomitorum,² dolositas ; inde Albigensium sus-
 “ pecta cavillatio. Inquietatur Alemannia, Ytalia non
 “ quiescit ; ad Terram Sanctam vix patet accessus, vix
 “ in ea receptatio ; post tergum Papæ et Fretherici
 “ odium inexorable, inimicitiae implacabiles, quibus
 “ nos desolatos relinquimus.” Mater autem efficacius ad
 hæc instinctus suos exaggerans, ait ; “ Fili carissime,
 “ audi et exaudi amicorum tuorum consilia discretorum,
 “ prudentiæ propriæ non innitens. Memento quanta
 “ virtus sit, quantumque Deo placeat, matri obedire
 “ matrique obsecundare. Remane, nullumque inde
 f. 217 b. “ Terra Sancta patietur detrimentum. Mittetur illuc
 “ militaris expeditionis multitudo copiosior, quam si in
 “ propria persona illuc pergeretis. Non enim Deus
 “ calumpniosus vel cavillosus. Excusat te, fili mi,
 “ sufficienter, quæ tibi evenit in infirmitate tua, ra-
 “ tionis privatio, sensuum omnium hebetatio, immo
 “ etiam vel ipsa mors, vel mentis alienatio.” Quibus
 He resigns the cross, and takes it again. rex non mediocriter commotus, respondit ; “ Protenditis
 “ sensus mei immutationem causam fuisse assump-
 “ tionis crucis meæ ; ecce prout desideratis et persuad-
 “ etis, crucem depono, crucem vobis resigno ;” et
 mittens manum suam ad humerum, discerpendo eam
 avulsit, dicens ; “ Domine episcope, ecce crux qua sig-
 “ nabar, vobis eam ultro resigno.” Quo facto, ineffabili
 gaudio cuncti circumsedentes congratulabantur. Et
 ecce dominus³ rex mutato vultu et sententia, ait ;
 “ Amici mei, profecto nunc non sum expers rationis
 “ aut sensus, non mei impos aut infirmus. Reposco
 “ nunc mihi reddi crucem meam. Novit autem Qui
 “ nihil ignorat, non intrabit in os meum quicquam
 “ mandibile, donec ea reconsigner.” Quod cum vide-
 Exod. viii. rent circumstantes, affirmarunt digitum Dei hoc fuisse,
 19.

¹ B. (not C.) repeats *insidiae*.² B. repeats *proditiosa*. The first is expuncted in C.³ dominus] om. C.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

5

et divinam virtutem hæc cœlitus procurasse. Nec au- A.D. 1248.
 debat quispiam super prædictis amplius mouere quæ-
 tionem. Hæc iccirco plene ac expresse diximus, ut
 pateat cuilibet in Christianissimo Francorum rege de
 famulatu Christi continuando constantia.

*De generali parlamento habito Londoniis in octavis
 Purificationis beatæ Mariæ.*

Sub illius anni initiali curriculo, in octavis videlicet Parliament
 in London,
 Purificationis, edicto regio convocata totius regni An- Feb. 9.
 gliæ nobilitas convenit Londoniis, ut de regni negotiis
 nimis perturbati et depauperati, et temporibus nostris
 enormiter mutilati, diligenter et efficaciter simul cum
 domino rege contrectaret. Advenerunt igitur illuc,
 excepta baronum et militum, nobilium, necnon et ab-
 batum, priorum, et clericorum multitudine copiosa,
 novem episcopi cum totidem comitibus, videlicet archi-
 episcopus Eboracensis,¹ Wintoniensis,² Lincolniensis,³
 Norwicensis,⁴ Wigorniensis,⁵ Cicestrensis,⁶ Elyensis,⁷ Ro-
 fensis,⁸ Karleolensis,⁹ comes Ricardus, comes Gloverniæ,¹⁰
 comes Legrecestriæ,¹¹ comes Wintoniæ,¹² comes Herefor-
 diæ,¹³ comes Rogerus Bigod Marescallus, comes Oxoniæ,¹⁴
 et præter hos, comes Lincolniensis,¹⁵ comes de Ferrariis,¹⁶
 comes de Warennia,¹⁷ comes de Richemundia, P[etrus]
 videlicet de Sabaudia. Huic autem magnæ congrega-
 tioni non fuerunt præsentes archiepiscopus Cantuari-
 ensis B[onefacius], qui in transmarinis partibus do-
 mino Papæ militabat, et Dunelmensis,¹⁸ qui remotus

¹ Walter Gray.¹⁰ Richard de Clare.² William de Raleigh.¹¹ Simon de Montfort.³ Robert Grosseteste.¹² Roger de Quincy.⁴ Walter Suffield.¹³ Humphry de Bohun.⁵ Walter de Cantilupe.¹⁴ Hugh de Vere.⁶ Richard de Wych.¹⁵ Edmund de Laci.⁷ Hugh Northwold.¹⁶ William de Ferrers.⁸ Richard Wendover.¹⁷ John de Warrenne.⁹ Silvester Everdon.¹⁸ Nicholas of Farnham.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

6

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1248. fuit et valitudinarius; Bathoniensis¹ autem paulo ante obierat.

On the king's demanding a subsidy, he taken to task for his exactions and mis-govern-ment. Et cum proposuisset dominus rex (non enim propositum suum latuit universitatem) pecuniare auxilium postulare, redargutus est graviter super hoc quod non is severely erubescet tunc tale juvamen exigere; præsertim, quia quando in ultima tali exactione, cui nobiles Angliæ vix consenserunt, confecit cartam suam, quod amplius talem non faceret magnatibus suis injuriam et gravamen.

Reprehensus est insuper gravissime (nec mirum) super indiscreta vocatione alienigenarum; quibus omnia bona regni indiscrete, prodigaliter, et prodigaliter distribuit et dispersit, et nobiles regni ignobilibus extraneis maritavit, indigenas et naturales homines suos spernendo et postponendo, irrequisito² assensu mutuo, qui est matrimonii completivus. Culpatus est insuper, nec immerito, quod quicquid in escis, potibus, et etiam robis expendit, præcipue in vinis, rapit violenter contra voluntatem eorum, qui ea sunt vendituri et veri possessores; unde se subtrahunt institores indigenæ et occultantur,³ et alienigenæ, qui allaturi sunt bona venalia in istam regionem; et ita cessant commercia, quibus alternatim diversæ gentes foventur et ditantur; et sic diffamamur et depauperamur, quia de rege nihil nisi dicas et nugas reportant; unde incurrit dominus rex ab innumerabilibus formidabiles maledictiones, in ejusdem et totius regni periculum et infamiam. Ab ipsis insuper mercatoribus, ut elemosinas indiscretas et luminaria immoderata faciat, ceram, pannos sericos, et alia rapit violenter, sine pacationis retributione; in scandalum sui, et regni, et omnium illud inhabitantium; non sine Dei gravi offensa, odio habentis rapinam in holocausto.

Isa. lxi. 8. In his omnibus adeo tirannizat et studet desævire, ut

¹ Roger. See above, p. 3.

² *irrequisito . . . completivus*] In the margin.

³ *occultantur*] occultant, C.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

7

etiam in litore maris pauperum piscatorum alecia vel A.D. 1248. alios pisces non permittit ad arbitrium illorum negotiando pertractari, nec audent in maris confinio vel civitatibus comparere spoliandi, tutius sese arbitrantes fluctibus committere procellosis, ulteriora litora repetendo. Coguntur etiam miserabiles negotiatores et truculenter a regiis exactoribus angariantur, ut poena adiciatur jacturæ et injuriæ injuriis cumulentur, in propriis corporibus, bigis et equis fatigatis, ea quæ ab eis auferuntur, ad loca remota in aeris inclemens et viarum difficultate transportare. Reprehensus est insuper dominus rex, quod episcopatus et abbatias, sicut et gardas vacantes, a sanctis et magnificis patribus nostris fundatos, quos in manu sua diu tenet, et tene-
retur tutor esse et defensor, et proinde dicuntur¹ in manu ejus² esse, hoc est, sub protectione, contra juramentum quod fecit in coronatione sua primum et præcipuum, usque ad destructionem depauperat. Callumpniatur itaque dominus rex graviter a singulis et universis non mediocriter conquerentibus, eo quod, sicut magnifici reges prædecessores sui habuerunt, justitiarium nec cancellarium habet, nec thesaurarium, per commune consilium regni, prout deceret et expediret; sed tales qui suam qualemcumque, dummodo sibi quæstuosam, sequuntur voluntatem; nec qui rei publicæ sed singularem quærunt promotionem, pecuniam colligendo, custodias et redditus sibi primitus procurando.

Promissio domini regis umbratilis.³

Hæc cum audisset dominus rex, confusus in semet- The king ipso erubuit, sciens hæc omnia esse verissima. Pro- makes promises, misit igitur verissime ac certissime se hæc omnia gra-

¹ B. ins. esse. It is not in C.² ejus] Interlined. It is in the text in C.³ umbratilis] From C. It has

been erased in B.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

8

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1248. tanter emendaturum, sperans per talem humilitatem, licet fictam, omnium corda postulationi suæ promptius incurvare. Cui inito consilio crebrius in talibus promissis universitas irretita, respondit; “ Hoc videbitur, “ et infra breve tempus apparebit manifeste. Expec-“ tabimus adhuc patienter; et prout se geret dominus “ rex et se habebit versus nos, et nos ei in omnibus and obtains “ obtemperabimus.”¹ Dilata sunt igitur omnia et in re-
f. 218. a delay till spectum posita, usque ad quindenam nativitatis Sancti July 8. Johannis Baptiste. Sed dominus rex interim vel suo spiritu vel aulicorum suorum, qui nollent suam ener-vari potestatem, induratus, et contra suos homines magis exasperatus, minimum emendationis in prædictis excessibus, fidelibus suis secundum quod promisit, curavit impendere.

Qualiter episcopus Dunelmensis ecclesiam de Thinemue injuste vexaverit.

Troubles inflicted on the church of Tyne-mouth by Nicholas of Farnham, bishop of Durham.

Eodem quoque tempore, cum dominus Dunelmensis episcopus N[icolaus], secus quam deceret aut expediret honoris sui et foederis ac fraternitatis habitæ inter ipsum et domum Sancti Albani, post pacis compositionem super visitatione ecclesiæ de Thinemue, cœpit eandem etiam in temporalibus pro² viribus fatigare, et ipsam in libertatibus, regum cartis magnificorum concessis et confirmatis et multorum annorum præscriptione usitatis, non sine utriusque partis dampnis et expensis, infestare, destinatus est igitur³ quidam⁴ fratrum ecclesiæ Sancti Albani,⁵ ut a tali quiesceret molestatione. Sed ille tam monita et preces ejusdem fratris, quam literas,

¹ *obtemperabimus*] So C.; *obtemperabimur*, B., altered from *obtemperabimus*.

² *pro viribus*] Written over an erasure; enormiter, C., which was no doubt the original reading of B.

³ *ad illum* is interlined in C.

⁴ See the Liber Additamentorum (Cotton. Nero D. 1.), ff. 73 b, 74, 77, where several documents relative to this matter are given.

⁵ *eum deprecans* is interlined in C.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

9

quas super hoc ex parte domini abbatis et conventus A.D. 1248.
 Sancti Albani detulit, contempnens, asserebat se justam
 habere causam in illa sua mota quæstione; quod tamen
 constat esse falsum, licet illud per suos duodecim milites,
 non ex parte utriusque plano assensu electos,
 fuisse determinatum, affirmaret. Quod liquere potest
 diligenter libertates ecclesiæ Sancti Albani intuenti;
 quas in parte tam in spiritualibus quas impugnaverat,¹
 quam in temporalibus quas impugnat, duximus huic
 paginæ breviter tangendo annotare.

*Tanguntur breviter quædam libertates quas dictus
 episcopus impugnare presumpsit.*

“ Ecclesia Sancti Albani et cellæ ejus et omnia ad Privileges
 “ eas pertinentia libera sint ab omni tributo, sive of St.
 “ regis, sive episcopi, sive comitis, ducis, vel judicis aut Alban's
 “ exactoris, ab omnibus operibus, quæ indici solent. and its
 “ Nolumus etiam, ut alicui, nisi tantum Romano Pon- cells.
 “ tifici, debeant in aliquo respondere. Item prohi- Adrianus²
 “ bemus, ne aliquis archiepiscopus, sive episcopus, in et Cle-
 “ cellis vestris exactiones alias audeat facere, sive mens.³
 “ aliquod jus sive episcopale officium exercere præ-
 “ sumat. Item, in quibus jura pontificalia non habetis,
 “ sive capellæ vestræ et cimiteria, libera sint et ab omni
 “ exactione immunia, in quibus videlicet ecclesiis vel
 “ capellis liceat vobis sive fratribus vestris presby-
 “ teros eligere, ita tamen, quod ab episcopis vel epi-
 “ scoporum vicariis animarum curam sine venalitate
 “ suscipiant; quibus nimirum presbyteris cum tantum
 “ assignaveritis unde victus et vestitus necessaria
 “ possint honeste percipere, quicquid residuum fuerit,
 “ liceat vobis in usus proprios convertere.

¹ *quas impugnaverat*] om. C.² Adrian IV. See the *Gesta Ab-*³ Clement III. See the *Gesta**Abbatum*, i., p. 217.

Cambridge University Press

978-1-108-04903-0 - Chronica Majora: Volume 5: A.D. 1248 to A.D. 1259

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10 MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1248. “ Cum¹ vobis et aliis prælatis per Apostolica scripta Clemens. “ miserimus, ut ad subventionem terræ Jerosolimitanæ “ auxilium præberetis, vos, sicut accepimus, commoni-“ tionibus nostris[s] inducti, decimam partem reddituum “ ecclesiæ vestræ, ac cellarum, et hominum vestrorum “ tam pio operi deputastis, de quo caritatem vestram “ in Domino commendantes, tam ratum quam gratum “ habemus laudabile propositum vestrum, auctoritate “ præsentium sub interminatione anathematis distric-“ tius inhibentes, ne aliqua ecclesiastica sæcularisve “ persona vos vel ecclesiam vestram, hujus tam piæ “ et necessariæ actionis prætextu, ad id vel simile “ compellere in posterum audeat; nec vos, aut ecclesiam “ vestram, vel cellas quomodolibet infestare; ne, quod “ absit, aliquando inviti subire cogamini, quod mera “ liberalitate et pietatis intuitu noscimini inchoasse.*

Cœlesti-
nus.³ “ Omnibus prælatis per Angliam constitutis, etc. “ Quia ecclesia beati Albani ad jus et proprietatem “ beati Petri, etc., si personæ vel presbyteri in ec-“ clesiis constituti pro temporalibus prædicto abbati et “ fratribus respondere noluerint et debitam persolvere “ pensionem, nos eidem abbati et fratribus plenam “ concedimus facultatem, ut quicquid habent in ecclesiis “ et capellis, quod² a se detinent, eis sine alicujus “ contradictione et appellatione possint auferre, donec

¹ This is also given in the Addi-
tamenta, MS. Cott. Nero D. 1, f.
159 b. It is headed, “ De decimis

“ Jerosolimitanis ad libitum abbatis
“ distribuendis,” and is addressed

“ Garino abbati et fratribus Sancti
“ Albani.” Its date is, Laterani,
vi. id. Maii.

² *quod]* quos, B.

³ Celestine III.

* Tamen⁴ coegit dictus episcopus ecclesiam de Thinemue contribuere ad fabricam ecclesiæ Dunelmensis, sicut omnes viros ecclesiasticos, id est, per episcopatum suum.

⁴ This note is written by Paris in the margin. It is not in C.